Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 351
Quelle:
Copyright:

ſter *reſplendeat*. IV. *col.* 1219. *Quid ſignificat quod dicitur iob. nunquam capies leuiatan hamo.* V. *col.* 1225. *Similitudo denarii et doctoris.* Pro *patris ſententia* rectius *patrum ſapientia.* VI. *col.* 1217. *Quid ſignificat quod percuſſit ioab abner in inguine. et mortuus eſt abner.* Pro *et pater illos* lege *et deus illos.* VII. *col.* 1213. *Quid ſignificat ſacrificium abrahe quando uoluit immolare filium ſuum.* VIII. *col.* 1217. *Quid ſignificat quod ter uocatus eſt ſamuel.* Pro *audiret* rectius *audiſſet.* IX. *col.* 1229. *Quare per XL. dies celebratur paſcha.* Pro *actis — diebus* contra Codicem et Edita lego *octo — diebus.* X. *col.* 1214. *Quid ſignificat quod dixit yſaac ad iacob. ecce odor filii mei ſicut odor agri pleni.* Edita hiant. Repone e Codice:

Pocula doctrine, flos uue, lilia caſtos,
Martirium roſa, flos uiole que ſerpit in imo &c.

Item pro *Sparſus jam credit*, lege, *Jam ſparſus credat.* XI. *col.* 1212. *Quid ſignificat arcus in nubibus.* Verſu ſecundo abrumpitur. Alia *Hildeberti* Carmina dedimus *Codd.* aliis, ut ex *Indice* liquet.

CXXXIII. VI. H. 16.

Cod. 817 655 Codex membraneus lat. Sec. XIII. Folior. 191. 4. ſat nitide exaratus Exemplum Nonum eſt Metricae Paraphraſeos Bibliorum ſive *Aurorae Petri de Riga* et quidem cum interpolationibus *Aegidii Pariſini*, quae ad exitus Verſuum lineola inter duo puncta manifeſtantur. Exempli hujus Προλεγομενα ſunt: Index Capitum *Aurorae* usque ad L. *Ruth* tribus *col.* deſcriptus. Diſtichon:

Scire cupis lector quis carminis (adject. *Codicis*) *iſtius auctor.*
Petrus riga uocor cui chriſtus petra rigat cor.

Prologus illius, qui hunc librum correxit (i. e. Aegidii) *et ſuppletiones de ſuo appoſuit. et ubicunque inuenitur obelus inter duos punctos per totum librum. ibi ſunt dicta et uerſus illius.* &c. *Verſus cuiusdam canonici de ſancto martino premonſtratenſis ordinis.* Illi videlicet in Operis commendationem:

Stringere pauca libet bona carminis huius. et ipſum
Laude uel exili magnificare librum &c.

Pro-